

Fervet ibi vario cuncta labore domus;  
 Promptius haud alibi tractantur Palladis artes  
 Dum manus artificis textile format opus,  
 Serica quis melius disponat et aurea filo?  
 Unde Triumphanti sit toga picta duei  
 Sed quid ego hæc tantum! toto commercio mundo  
 Urbs aperit, cives noscit uterque polus;  
 Hi patriæ præbent merces orientis opimas,  
 Hi quas occidui littoris Indus habet.  
 Sed neque Mercurio soli est addita colendo  
 Lugdunum, aut reliquis dotibus inde caret:  
 Non Themis aut pietas absunt, habet utraque tempora,  
 Et certam miseris utraque præstat opem.  
 Nobilitas cleri titulo præfulget honoris,  
 Lugduni comitis dicere jure licet  
 Causidicos ornat doctæ facundia linguae,  
 Nec sileam medicos nobile collegium,  
 Parte alia surgunt augustæ culmina villæ  
 Communem dicunt civibus esse domum.  
 Illuc quinque viri quibus orbis summa potestas  
 Ediunt recti nosse tenere modum  
 Ne sibi quis quæsti fucatis mercibus augmen  
 Spondeat, atque datam fallere posse fidem  
 Pondera, mensuras, annonam, strata viarum  
 Carant, atque urbi stet decor atque salus:  
 Hic etiam ut renovata suos Academæ fætus  
 Edivit, unani voce didere locum  
 Publica nunc nobis Regis data jura sigillo,  
 Ante hoc privatis res erat omnibus;  
 Prima quidem regi debetur gratia Musas  
 Rex amat, et donis præsidioque jovet:  
 Proxime magnanimus tollat sibi præmia laudis  
 Prorex, et qui tum prætor in orbi fuit  
 Cujus ut ingennæ celebrentur carmine dotes,  
 Primus in officio si pateretur, eram  
 Virtus prisca viro, doctrina, modestia, candor  
 Atque hæc cuncta pari cum pietate gradu  
 Illum inter primos academia censet alumnos  
 Ni potius princeps audiat, atque pater:  
 Dein, bis dena sequitur cui quatuor addas  
 Ut superet sextam cœtus Olympiadem  
 Horum ego de numero, nostri nec prœnitet illos  
 Ni mea mens falsis ludit imaginibus.